



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sylva Cogitationum Sacrarum Pro Cathedra Seu Conceptus Prædicabiles

Ex Præstantissimis Authoribus collecti ; Et In tres Classes divisi

Complectens Dominicas Per Annum

Höger, Franz

Ingolstadij, 1726

VD18 90197089

Dominic. XVII. post Pentecost.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53055)

stendit ergo, quod ipsi violent Sabba-
tum magis. III. In *Dignitate*, eos de
primo loco rejiciendo: Vade, recum-
be in novissimo loco, quibus verbis ar-
guit illos superbiæ. *Durand. part. 2.*
Character Sanctorum. hic.



DOMINIC. XVII.
post PENTECOST.

THESIS I. *Diliges Dominum Deum Cor-*
tuum. *Matth. 22. v. 37.* Hu-
manum amorem meritò sibi vendicat
Deus I. Ut *Principium cordis*: Nam Cor
hominis est Divino amori consecratum
à Natura, à Gratia, à Similitudine Dei
impressa. II. Ut *Centrum cordis*, nam
cor hominis Deo unitum habet à suo
Centro perfectionem, immobilitatem,
satiètatem. III. Ut *Magnes cordis*:
nam Magnes cordis Deus est, quod ad
se trahit per munificam Creaturarum
largitionem, humilem Verbi Incarna-
tionem, copiosam Sanguinis Christi ef-
fusa

fusionem. *Michaël Vivien in Tertul.
Prædic. Verbo Amor.*

*Amor
Dei.*

· THESIS II. *Diliges Dominum Deum tuum.* Matth. 22. v. 37. I. Deus diligere debet *Integrè, sine divisione*: nam amoris unitatem meretur ut Deus, ut Redemptor, ut Sponsus. II. *Constanter, sine cessatione*: nam amor noster, ut amoris beatifici æmuletur perpetuitatem, debet esse ex bono, ad bonum, propter bonum. III. *Perfectè, & sine tepiditate*: nam Dei amor ut sit perfectus, debet esse summus appreciativè, comparativè, terminativè. *Idem. Ibid.*

*Amor
Dei.*

· THESIS III. *Diliges Dominum Deum tuum.* Matth. 22. v. 37. I. Deus diligendus est *per Odium Peccati*: nam Deus peccatum averfatur, peccatum Deum aggreditur, per peccatum Christus crucifigitur. II. *Per Odium Mundi*: quem odisse debemus, quia in maligno positus, Deo exosus, homini noxius. III. *Per Odium Sui*: quia per odium nostrum Deum amamus, nosmet ipsos diligimus, vitam immortalem nobis comparamus. *Id. ibid.*

· THESIS IV. *Diliges Dominum Deum*

Deum tuum. Tria sunt Divini amoris signa. I. Peccati fuga. II. Frequens de Deo Cogitatio, & Locutio. III. Mandatorum Dei exacta Observatio. *Id. ibid.*

THESIS V. *Diliges Proximum* *Amor Proximi.*
tuum. Matth. 22. v. 39. Amor Proximi est I. inseparabilis ab Amore Dei. II. Signum, & Nota Amoris Dei. III. Mensura Amoris Dei. *Id. ibid. item vide superius Dom. 12. post Pent. Thes. 2.*

THESIS VI. *Diliges Dominum Deum* *Amor Dei in quo?*
tuum, Matth. 22. v. 37. Amor Dei non consistit in sensibili affectu, neque in effusione lacrimarum, neque in gemitu, & suspirijs: at verò I. In frequenti Memoria de ipso. II. In destinatione omnium Actionum ad ipsum. III. In observatione Præceptorum ipsius. IV. In observatione etiam Voluntatis Dei & Consiliorum. V. In Separatione à Creaturis. VI. In donatione perfecta Cordis sui. VII. In Imitatione Christi, tam quæ fecit, quam ea, quæ passus est. *P. Crasset. Solitud. Die. 10. Med. 1.*

P 3 THE.

Amor Dei, THESIS VII. *Diliges Dominum Deum tuum.* Matth. 22. v. 37. Perfectio, & Beatitudo nostra in cœlo essentialiter consistit in Visione Dei; sed super terram consistit in Amore: propterea Deus nos obligat ad Amorem suum omnibus vijs: I. *Præcepto:* Diliges Dominum &c. Quid mihi es, miserere ut loquar; Quid tibi sum ego, ut amari te jubeas? *S. Aug.* II. *Bonis:* Sic Deus dilexit mundum, ut Filium suum Unigenitum daret, & cum eo omnia. III. *Promissionibus:* Et si parva sunt ista, adjiciet multò majora. IV. *Minis:* Qui non manet in charitate, in Deo non manet &c. V. *Vi:* Propterea Patrem, Matrem, Uxorem, Liberos, Bona, & quæcunque amasti, subtrahit, ut amorem in ipsum converteres. VI. *Philtro:* Amoris poculo in Altari è proprio Sanguine composito. *P. Le Feu-
re Ex Orator.*

*Amor Dei
qualis?* THESIS VIII. *Diliges Dominum Deum tuum.* Matth. 22. v. 37. Ter interrogatus est Petrus, Amas me? Amas me? Amas me? sed & fortè hæc sunt, de quibus in Lege præcipitur; *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, &*
ex

ex tota anima tua, & ex tota virtute tua, id est, diliges *Dulciter*, sive affectuosè, diliges *Prudenter*, diliges *Fortiter*. S. Bern. *Serm. de Diligendo Deo.* I. Quidam enim diligunt Deum *suaviter*, quibus scilicet suavis est recordatio, & memoria de Deo, sed nondum diligunt *Sapienter* (diligebant *dulciter*, sed minus *prudenter*, inquit Bernardus, *serm. 4. in Cant.* de Apollolis ante Ascensionem Christi loquens) II. Sunt tamen, qui diligunt *Sapienter*, quia non diligunt propter se, sed propter Bona, quæ dantur eis, sed nondum *Fortiter*, id est, nondum usque ad tollendam crucem, & sequi JESUM. Petrus Bless. *serm. 23. de S. Magdal.*

THESIS IX. *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo.* Matth. 22. v. 37. Tria genera Christianorum invenies; Sunt Christiani secundum quid; Sunt Semi-Christiani, sunt Perfecti Christiani. I. *Christiani secundum quid*, quos Germanicè vocabulò *Christiani.* rectè dixeris: *Diertl Christen* / sunt illi, qui subinde aliquid boni præstant. II. Semi-Christiani, Germanicè *Halbe Christen* / sunt illi, qui usque ad perfe-

entionem Christo adhærent, & tempore tentationis recedunt. III. Perfecti ac integrè Christiani, Germanicè, Sancte Christen/ sunt, qui etiam in adversitate Christum sequuntur, & apud ipsum permanent tempore tribulationis. Qui sunt de primâ Classe, tantùm diligunt Deum una parte cordis; qui de Secundâ, tantùm medio corde diligunt; qui de Tertiâ, toto corde diligunt.

*Signa A.
moris
Dei.*

THESIS. X. *Ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & tota virtute tua.* Matth. 22. v. 37. Non abduci blanditijs, nec seduci fallacijs, nec injurijs frangi, toto corde, tota anima, tota virtute diligere est. *S. Bern. serm. 4. in Cantic.* Id est, nec Blanditijs, nec Promissis, nec Minis à Deo retrahi posse signum Veri Amoris est.

THESIS XI. *Diliges Dominum Deum.* Matth. 22. v. 37. I. Oportet profiteri publicè Amorem Dei, ut totus mundus nobis testis sit. II. Oportet diu noctûque à Deo petere perfectum amorem, & incrementum illius. III. Oportet conferre sæpius suum Amorem erga Deum cum Amore Sæcularium, & considerare, quid agant, faciãt.

ciantque in Amore Mundi. *Amare
deum donum Dei est*, inquit Concilium
Aurel.

THESIS XII. *Diliges Dominum* *Amor tri-*
plex Dei. Matth. 22. v. 37. Amor tri-
plex est. I. *Servilis.* II. *Mercenarius.*
III. *Filialis.* *S. Bern. ep. 81. circa Med.*
Primus ex timore, Secundus ex amore
proprio, tertius ex corde puro profici-
scitur.

THESIS XIII. *Diliges Dominum* *Discrimen*
Deum tuum. Matth. 22. v. 37. Ma-
Amoris
gnum discrimen intercedit inter Amo-
profani &
Divini.
rem Dei, & Amorem Creaturarum,
quod sex modis, seu rebus se prodit, quo-
rum tres ex parte Amantis, duo ex par-
te Amati, unus ex utraque parte tam
Amantis, quam Amati se tenet. I.
Ex parte Amantis: qui Creaturam amat,
felicitem veram, animique quietem
non obrinet, in quibus finis, ad quem
creatus est, consistit; Secundò, multos,
gravissimosque in se labores suscipit, &
exantlat, quorum Dilectus, quia igna-
rus est, nullam ei obligationem habet:
Tertiò, quòd Dilecto suum amorem
ante oculos, ut in se est, ponere non
possit, ut qualis revera sit, certitudi-
nem

nem habeat, quia verba & facta, quibus manifestat eum, tantum signa sunt, ex se fallibilia. II. *Ex parte Amati*: eò quòd fieri possit, ut ipse te non redamet, quocunque in eum tu amore feraris, quin etiam contemnat, teque irideat. Secundò, sit ita, quòd in amore tibi respondeat; de constantia amoris certus esse non vales, & hinc neque esse quietus. III. *Ex parte utriusque* tam Amantis, quàm Amati, propter absentiam unius partis sæpe inevitabilem, quæ conjunctionem, quam amor intendit, impedit non sine molestia, mors autem prorsus tollit. Horum omnium nihil in Amore Dei timendum est. *Joan. Bapt. Sicut Jure in agnitione & amore Christi l. 1. c. 16.*

*Amor
proximi.*

THESIS XIV. *Diliges proximum tuum.* Matth. 22. v. 39. Id quod fieri debet I. Ordinatè. II. Sanctè. III. Gratis. IV. Indifferenter. *Vide de Math. Faber Feslo SS. Simon. & Judæ. Conc. 1.*

Charitas.

THESIS XV. *Diliges.* Matth. 22. v. 37. Quadruplex est Charitas: I. *Incipiens*, quæ nascitur. II. *Proficiens*, quæ nutritur. III. *Perfecta*, quæ

laboratur. IV. *Perfectissima* quæ mor-
tam desiderat. Hugo Card. in c. 24.
Matth.

THESIS XVI. *Diliges Dominum*
Deum. Matth. 22. v. 37. Charitas
Dei est I. In Incipientibus studium à pec-
cato recedendi. II. In Proficientibus
studium in bono proficiendi. III. In
Perfectis verò desiderium Deo semper
adherendi. Dionys. Carthus. de Perfect.
Charit. art. 6.

THESIS XVII. *Diliges Dominum*
Deum. Matth. 22. v. 37. I. Dile-
ctio est magna voluntas Deo serviendi.
II. Dulcis affectus Deo placendi. III.
Ferventissimum Desiderium Deo fru-
endi. S. Albertus M. de adhaerendo Deo c.
11. & 12.

THESIS XVIII. *Diliges Dominum* *Probatio*
Deum tuum. Matth. 22. v. 37. De *Amoris.*
Dilectione Conditoris Lingua, Mens,
& vita requiruntur. S. Gregor. I.
Lingua, Si enim Deum amas, semper in
ore Deum, & lingua de eo loquitur. II.
Mens, si Deum amas, mens de eo cogi-
tat incessanter. III. Vita, si Deum di-
ligis, nihil agis nisi propter ipsum. Un-
de

dique circumdor amore, & nescio, quid sit amor. S. Aug.

*Præceptū
Amoris.*

THESIS XIX. *Mandatum magnum in Lege. Matth. 22. v. 36. Deus Meretur amari, Desiderat amari, Præcipit, ut eum amemus, Præmiatur nostrum amorem, Minatur, si non amamus. Crasset, in Confid.*

*Amor ap-
prectissi-
mus.*

THESIS XX. *diliges Dominum Deum tuum ex toto corde. Diligis me plus his? interrogat Christus Petrum; hoc est, juxta Sanctum Bernardum, Diligis me plus quàm Tua? Il. Plus quàm Tuos? Plus quàm Te? serm. 76. in Cantic.*

*Incremen-
tum A-
moris.*

THESIS XXI. *Diliges Dominum Deum. Matth. 22. v. 37. I. Qui amat, It ad Cælum. II. Qui plus amat, Currit ad Cælum. III. Qui maxime amat, Volat ad Cælum. Nam juxta S. Aug. in Ps. 39, amare ire est. Iterum: Ipse amor cursus est. Id. ibid. Iterum: Amando volatis ad Christum, Id. in Ps. 103.*

*Deus sem-
per aman-
dus.*

THESIS XXII. *Diliges Dominum Deum tuum. Matth. 22. v. 37. Deus diligendus, quando se abscondit, &*

quid sit & quando se ostendat. II. Deus diligendus, quando nos cruciat, & quando nos consolatur. III. Deus diligendus, quando nos punit, & quando nos remuneratur. *Diction. Apostolic.*

THESIS XXIII. *Diliges Proximum tuum.* *Opera Charitatis.* Matth. 22. v. 39. I. Debemus æquè apud Deum, quàm apud homines ipsi Patrocinari. II. Debemus tam in Spiritualibus, quàm Corporalibus ejus Necessitatibus ipsum Conficari. III. Debemus ipsum tam ad virtutes, quàm contra vitia Exhortari, atque sic *Advocati, Consolatoris, & Exhortatoris* munus erga ipsum exercere. *ibid.*

THESIS XXIV. *Diliges Proximum tuum.* *Officia Amoris.* Matth. 22. v. 39. I. Amor Proximi exigit, ut libenti animo ei succurramus. II. Amor Proximi exigit, ut magno studio eum corrigamus. III. Amor Proximi exigit, ut ne ipsum scandalizemus. *Diction. Apost.*

THESIS XXV. *Diliges Proximum tuum.* *Amoris extinctio.* Matth. 22. v. 39. Tribus modis frigescit Amor. I. Absentia Amati. II. Beneficiorum cessatione.

ne. III. Illatione injuriæ. At vero
*Amor, qui desinere potest, nunquam verus
 fuit.*

Lex.

THESIS XXVI. *Unus est Legis-*
lator. Jacobi 4. v. 12. I. Lex Dei
 debet nos reformare, & nos volumus
 eam reformare per indulgentias & pri-
 vilegia. II. Lex Dei nobis debet esse
 utilis, & nos reddimus inutilem variis
 & malis traditionibus. III. Lex Dei
 debet esse nostra Regula in omnibus, &
 nos sequimur eam non in omnibus, sed
 tantum dimidiatè. *Diction. Apost.*



DOMINIC XVIII. post PENTECOST.

*Causa
 morbi.*

THESIS I. *Offerebant ei Paralyticum
 cum jacentem in lecto. Matth. 9.*
 v. 2. I. *Peccata animæ causant mor-*
 bum corporis, id quod videre est in hoc
 Paralytico peccatore. II. *Morbi cor-*
 poris causant conversionem animæ,
 quod idem palàm est in Paralytico, qui
 si ægrotus non fuisset, neque liberatus
 peto